

*seq. Disputationes Giessens. Tom. 5. p. 504.  
Doct. Daniel. Heinricum, Voëtum de Ter-  
mino vitæ. Baptistam Codronchum, & Sal-  
masium de annis Climactericis, & Gabrielem  
Naudæum in tractatu Philologico de termino  
vitæ.*

### Canon Sophisticus.

Quicquid convenit alicui secundum  
quid, convenit ei simpliciter, & contra.

### Solutio.

Solutio fit negatione consequentiæ, &  
ostensione distinctâ ejus, quod simpliciter;  
& ejus, quod non simpliciter dicitur, ut:  
*qui est albus dentes, est albus: Æthiops est  
albus dentes: E. Æthiops est albus.* Ante-  
cedens tantum  $\omega\tilde{\eta}$  quâdantenus, seu quâ-  
dam ex parte verum est. Unde sophisticè  
infertur conclusio  $\acute{\alpha}\pi\lambda\omega\tilde{\varsigma}$ . A parte ad to-  
tum non valet consequentia.

### CAPUT XII.

**S**uccedit *Fallacia Ignorationis Elenchi.*  
Estq; quum non rectè intelligitur, quid  
sit in quæstione, sive quum non observan-  
tur leges seu proprietates contradictionis.

N

Quan-